

dissolvérís filia vaga? quia creávit Dóminus novum super terram: Fémina circumdabit virum. Hac dicit Dóminus exercituum, Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, et in úrbibus ejus, cum converterto captivitatem eórum: Benedicat tibi Dóminus, pulchritúdo justítia, mons sanctus.

**A**doraverunt vivéntem in sæcula sæculórum, Mitténtes corónas suas ante thronum Dómini Dei sui. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et benedixerunt vivéntem in sæcula sæculórum. Mitténtes. Glória Patri. Mitténtes.

In secundo Nocturno. Sermo sancti Augustini Episcopi.

Lectio iv.

Sermo 10. de Sanctis.

**H**omines, fratres charissimi mi, natálem illórum infántium cólimus, quos ab Heróde crudelíssimo rege interféctos esse, Evangélii textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra, cœlestium militum, et tantarum parens fœcúnda virtutum. Ecce profanus hostis numquam beatis parvulis tantum prodésse potuisset obséquio, quantum profuit ódio. Nam, sicut sacratissimum præsentis dié festum manifestat, quantum in beatos

parvulos iniquitas abundavit, tantum in eis grátia benedictiónis refúdit. Effuderunt sanguinem sanctorum velut aquam in circuitu Jérusalem: Et non erat qui sepeliret. Posuerunt mortalia servórum tuórum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuórum bestiis terræ. Et non.

Lectio v.

**B**elata es, o Bèthlehem terra Juda, quæ Heródis regis immanitatem in puerórum extinctione perpessa es: quæ sub uno tempore candidatam plebem imbellis infántia Deo offerre meruisti. Digne tamen natálem illórum cólimus, quos beatus æternæ vitæ mundus edidit, quam quos maternum viscerum partus effudit. Siquidem ante vitæ perpétuæ adépti sunt dignitatem, quam usíram præsentis acceperint.

Isti sunt sancti, qui passi sunt propter te Dómine: vindica eos. Quia clamant ad te quotidie. Vindica, Dómine, sanguinem sanctorum tuórum, qui effusus est. Quia.

Lectio vi.

**A**liorum quidem pretiósa mors mártýrum laudè in confessióne promeruit: horum in consumptione complacuit. Quia incipientis vitæ primordiis, ipse eis occásus ini-

tium glóriæ dedit, qui præsentis terminum impósuit. Quos Heródis impietas lactantes matrum ubéribus abstráxit, qui jure dicuntur Mártýrum flores, quos in médio frigore infidelitátis exórtos velut primas erumpéntes Ecclésiæ gemmas, quadam persecutiónis pruina decóxit.

Isti sunt, qui non inquinaverunt vestimenta sua: Ambulábunt mecum in albis, quia digni sunt. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coínquátí: Virgines enim sunt. Ambulábunt. Glória Patri. Ambulábunt.

In tertio Nocturno, logo Ána. Tradiderunt, dicitur seq. Ána. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2. c.

In illo tempore: Angelus Dómini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum: et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. Com. in c. 2. Mat. et apud Gloss. ord.

**Q**uando tulit puerum, et matrem ejus, ut in Ægyptum transeat, no-

cte tulit, et in ténebris: quia noctem ignorantia his, a quibus ipse recéssit, reliquit incrédulis. Quando vero revertitur in Judæam, nec nox, nec ténebræ ponuntur in Evangélio: quia in fine mandí Judæi, fidem, tamquam Christum ab Ægypto revertentem suscipientes, illuminabuntur.

Cantábunt Sancti cánticum novum ante sedem Dei et Agni: Et resonábat terra in voces eórum. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno, et in ore ipsórum non est inventum mendacium. Et.

Lectio viij.

**U**t adimpleretur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. Respóndens, qui Hebræórum volúminum dénégat veritatem, ubi hoc in Septuaginta legatur intérprétibus. Quod cum non invenerint, nos eis dicéms, in Osée Prophéta scriptum, sicut et exemplária probare possunt, quæ nuper edidimus.

Vidi sub altáre Dei ánimas interfectórum propter verbum Dei quod habebant, et clara voce dicebant: Vindica Dómine sanguinem sanctorú tuórum, qui effusus est. V. Sub throno Dei omnes sancti clamant. Vindica.

Si hoc Festum venerit in Dñica, additur Glória Patri. Vindica. Et post ix. Lectionem dicitur Te Deum laudamus. Aliis diebus: at infra.

## Lectio ix.

Tunc adimpletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophétam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios suos. De Rachel natus est Benjamin, in cuius tribu non est Bethlehem. Queritur ergo, quomodo Rachel filios Judæ, id est Bethlehem, quasi suos ploret. Respondimus breviter, quia sepulta sit juxta Bethlehem in Ephrata: et ex materno corpúsculo hospítio matris nomen acceperit. Sive quoniam Juda, et Benjamin duæ tribus junctæ erant: et Heródes præceperat non solum in Bethlehem interfici púeros, sed et in omnibus finibus ejus.

¶ Isti qui amici sunt stolis albis, qui sunt, et unde venerunt? Et dixit mihi: \* Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. ¶ Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimoniúm quod habebant. Hi sunt qui. Glória Patri. Hi sunt qui.

## AD LAUDES.

¶ Et per Horas. Ana.

¶ Heródes irátus occidit multos púeros in Bethlehem Judæ civitate David. Psalm. Dóminus regnavit, cum reliq. 48.

¶ A bimátu et infra, occidit multos púeros propter Dóminum.

¶ Angeli eórum semper vident faciém Patris.

¶ Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus, Rachel plorans filios suos.

¶ Sub throno Dei omnes sancti clamant: Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

## Capitulum. Apoc. 14.

Veni supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

## Hymnus

SALVETE flores Mátyrum, lucis ipso in limine Christi insecutor sústulit, Ceu turbo nascentes rosas.

Vos prima Christi victimæ, Grex immolatórum tener, Aram sub ipsam simplices Palma et coronis lúditis.

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, et almo Spiritu,

In sempiterna sæcula, Amen.

¶ Heródes irátus occidit multos púeros. ¶ In Bethlehem Juda civitate David.

## Ad Benedictus. Ana.

¶ Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati: Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum, quocúmque ierit.

## Oratio.

Deus, cuius hodierna die præconiúm Innocentes mátyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam moribus vita fateatur. Per Dóminum.

Deinde fit commemo. de Nativitate, de S. Stephano, et de S. Joanne, ut infra. 244.

## Ad Tertiam, Ana.

A bimátu.

Capitulum. Vidi supra montem, 242.

¶ br. Letámuni in Dómino, \* Et exultate justí. Letámuni. ¶ Et gloriámuni omnes recti corde. Et exultate. Glória Patri. Letámuni. ¶ Exúltent justí in conspéctu Dei. ¶ Et delectentur in lætítia.

## Ad Sextam, Ana.

Angeli eórum.

## Capitulum. Apoc. 14.

¶ Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocúmque ierit.

¶ br. Exúltent justí, \* In conspéctu Dei. Exúltent. ¶ Et delectentur in lætítia. In conspéctu. Gloria. Exúltent. ¶ Justí autem in perpétuum vivent. ¶ Et apud Dóminum est merces eórum.

## Ad Nonam, Ana.

Sub throno Dei.

## Capitulum. Apoc. 14.

¶ Hi empti sunt ex hominibus primitiis Deo, et Agno, et in ore ipsórum non est inventum mendáciúm: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

¶ br. Justí autem, \* In perpétuum vivent. Justí, ¶ Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum. Glória Patri. Justí. ¶ Exúltabunt sancti in glória. ¶ Latábuntur in cubilibus suis.

Ad Vesperas, Ana et Psalmi de Nativitate ut supra. 225.

Capitulum. Vidi supra montem. Hymnus. Salvete flores Mátyrum. 242.

¶ Sub throno Dei omnes sancti clamant. ¶ Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

## Ad Magnificat. Ana.

Innocentes pro Christo infantes occisi sunt, ab infiq. rege lactentes interfecti sunt: ipsum sequuntur Agnum sine macula, et dicunt semper: Glória tibi Dómine.

Deinde fit comm. sancti Thomae Cantuariensis, nisi fuerit Sabbatum. *Añā.* Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. *ꝛ.* Gloria et honor coronasti eum, Domine. *ꝛ.* Et constituisti eum in super opera manuum tuarum.

*Oratio.*  
Deus, pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit: presta quaesumus; ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suae salutarem consequantur effectum.

Postea de Nativitate, de S. Stephano et de S. Joanne, ut infra.

PRO COMMÉMOR. OCT. de Nativitate.

*Ad Vesperas, Añā.*  
Hodie Christus natus est: hodie Salvator apparuit: hodie in terra canunt Angeli, letantur Archangeli: hodie exultant justitiae dicentes: Gloria in excelsis Deo, alleluia. *ꝛ.* Notum fecit Dominus, alleluia. *ꝛ.* Salutare suum, alleluia.

*Ad Laudes, Añā.*  
Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis, alleluia, alleluia. *ꝛ.* Notum fecit Dominus, alleluia. *ꝛ.* Salutare suum, alleluia.

*Oratio.*  
Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitatis liberet, quos sub peccati jugo vetustas servitus tenet. (Per eundem.)

De S. Stephano.  
*Ad Vesperas, Añā.*

Sepeliérunt Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum. *ꝛ.* Stephanus vidit caelos apertos. *ꝛ.* Vidit et introivit: beatus homo, cui caeli patebant.

*Ad Laudes, Añā.*

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat signa magna in populo. *ꝛ.* Sepeliérunt Stephanum viri timorati. *ꝛ.* Et fecerunt planctum magnum super eum.

*Oratio.*  
Da nobis, quaesumus, Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere, quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum. (Qui tecum.)

De S. Joanne.  
*Ad Vesperas, Añā.*

Exit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: et non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere, donec veniam. *ꝛ.* Valde ho-

norandus est beatus Joannes. *ꝛ.* Qui supra pectus Domini in caena recubuit.

*Ad Laudes, Añā.*  
Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in caena recubuit: beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta caelestia. *ꝛ.* Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. *ꝛ.* Et scimus quia verum est testimonium ejus.

*Oratio.*  
Ecclesiam tuam, Domine, benignus illustra: ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. (Per Dominum.)

De SS. Innocentibus,  
*Ad Vesperas, Añā.*

Innocentes pro Christo infantes occisi sunt, ab infquo rege lactentes interfecti sunt: ipsum sequuntur Agnum sine macula, et dicunt semper: Gloria tibi, Domine. *ꝛ.* Sub throno Dei omnes Sancti clamant. *ꝛ.* Vindicta sanguinem nostrum Deus noster.

*Ad Laudes, Añā.*  
Illi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quocumque ferit. *ꝛ.* Herodes iratus occidit multos pueros. *ꝛ.* In Bethlehém Judae civitate David.

*Oratio.*  
Deus, cujus hodierna die praecónium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistae, SS. Innocentium, et eorum dies Octavae, venerint in Dominica, ipso die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Fest. S. Thomae martyris, fit de ea, ut infra: 219.

Si Festum S. Thomae venerit in Dominica, transfertur in ij. Feriam, et in Sabbato post Orationem SS. Innocentium dicitur Añā, *ꝛ.* et Oratio Dominicae, quae paulo infra habetur. Deinde fit commémor. Octavarum: et in secundis Vesp. Dominicae fit commémoratio S. Thomae, et Octavarum. In ij. Vesperis S. Thomae, Añā et Psalmi de Naty. 223. quae duplicantur: Capit., et alia de S. Silvestro, eum com. S. Thomae et Octavarum.

IN FESTO  
S. Thomae Episcopi et  
Martyris.  
Semiduplex.  
Omnia de Communione Martyris. XXj. praeter sequentia.

## Oratio.

**D**eus, pro cuius Ecclesia gloriôsus Pontifex Thomas gladius impiôrum occubuit: præsta quesumus; ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dôminum.

**Lectioes ij. Nocturnæ;**  
A Milêto. xxij.

**in secundo Nocturno.**

**Lectio iv.**

**T**HOMAS, Londini in Anglia natus, Theobaldo successit Cantuariensi Episcopo: et qui antea in administrando Cancellariæ munere præclare se gesserat, in Episcopali officio fortis et invictus fuit. Cum enim Henricus secundus Angliæ rex, convocatis ad se Episcopis et proceribus regni, leges ferret utilitati ac dignitati Ecclesiasticæ repugnantes, adeo constanter obstitit regiæ cupiditati, ut neque pollicitationibus, neque terroribus de sententia decedens, proxime conjiciendus in carcerem clam recesserit. Inde propinqui ejus omnis ætatis ejeti, amici, fautores omnes, ipsi, quibus per ætatem liceret, jurejurando adstrictis, univêrsos Thomam adituros, si fortasse miserabili suorum calamitatis aspectu moveretur, qui a sancto proposito privatis incô-

modis deterreri minime potuisset. Non respexit carnem aut sanguinem, neque ullus in eo humanitatis sensus pastoralis officii constantiam labefactavit.

¶ Honestum fecit illum Dñus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductôribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Descenditque cum illo in sôveam, et in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

**Lectio v.**

**C**ONTULIT igitur se ad Alexandrum tertium Pontificem, a quo benigne acceptus est: et inde profectus, monachis Pontificiænsis monasterii, ab eodè commendatus. Quod ut cognovit Henricus, missis ad conventum Fratrum Cisterciensium minacibus litteris, Thomam et Pontificiaco monasterio exturbare conatur. Quare vir sanctus, veritus ne sua causa mali aliquid Cisterciensis familia pateretur, sponte discessit, et Ludovicu Gallia regem ejus invitatu convenit: ubi tamdiu fuit, quoad Pontifice Maximo, et ipso rege agentibus, ab exilio summa totius regni gratulatione revocatur. Qui dum boni pastôris officiu securus exequitur, ecce, calumniatores ad regem deferunt, eum multa con-

tra regnum et publicam quietem moliri: ut propterea sæpius conquereretur rex, se in suo regno cum uno sacerdote pacem habere non posse.

¶ Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dômine, \* Et voluntate labiôrum ejus non fraudasti eum. ¶ Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

**Lectio vi.**

**E**x qua regis voce nefarii satellites sperantes gratum se regi facturos, si Thomam e medio tollerent, clam convenientes Cantuariam, Episcopum in templo Vespertinis horis operam dantem aggre-diuntur. Qui clericis templi aditus præcludere conantibus accurrens, ostiu aperuit, illis usus verbis ad suos: Non est Dei Ecclesia custodienda more castrorum: et ego pro Ecclesia Dei libenter mortem subibo. Tum ad milites: Vos Dei jussu cavete, ne cuspiam meorum nocentis. Deinde flexis genibus, Deo, beata Mariæ, sancto Dionysio, et reliquis Sanctis, ejus Ecclesiæ patrônis, Ecclesiam et seipsum commendans, sacrum caput eadem constantia, quam iniquissimi regis legibus restiterat, impio ferro præcidendum obtulit, quarto

Kalendas Januarii, anno Dômini millesimo centesimo septuagesimo primo: cujus cerebrum respersum est totius templi pavimentum. Quem multis postea illustrem miraculis idem Alexander Pontifex restituit in Sanctorum numerum.

¶ Stola jucunditatis induit eum Dôminus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. ¶ Cibavit illum Dôminus pane vitæ et intellectus: et aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et.

**in tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Joangëlii secundum Evangëlium.**

**Lectio vij. Cap. 10. b**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

**Homilia 59. in Joannem.**

**M**AGNUM quiddam dilectissimi, magnum, inquam, est Ecclesiæ prælatio, et quæ multa indiget sapientia et fortitudine, qualem Christus proposuit: ut animam pro ovibus ponamus, et numquam illas deseramus: ut lupo generose resistamus. Hæc enim inter pastorem et mercenarium est differentia. Alter propria, contentis ovibus: alter, sua contempta, ovium semper

salutî invigilat. Pastôris ergo exemplo demonstrâto, deceptôres duos mêmînt: furem mactântem et rapientem oves, et mercenârîum permittentem, neque defendentem commissas.

¶ Coróna aërea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitâtis, glôria honoris, et opus fortitudinis. ¶ Quóniam prævenisti eum in benedictiónibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

**lectio viij.**

**Q**uod superiori tempore Ezéchiel his verbis insectatus est: Væ pastôribus Israel: nonne pascebant semetipsos: nonne greges pascuntur a pastôribus? Sed illi contrariam faciebant, quod maxime malitiæ genus est, et plurimorum causa malorum. Idcirco inquit: Neque quod abjectum erat, reducêbant: neque quod perierat, quærêbant: neque confractum alligabant, neque infirmum consolidabant: quóniam se, non gregem pascebant. Idem et Paulus alius verbis significat: Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi.

¶ Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: \* Qui minas iudicium non

timuit, nec terræa dignitatis glóriam quasivit, sed ad cælestia regna pervenit. ¶ Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

**lectio ix.**

**V**erum ab utrôque se dissidere ostendit Christus: ab illis quidem, qui in aliorum perniciem veniunt, cum dicat, se propterea venisse, ut vitam haberent, et abundantius haberent: ab his autem, qui oves a lupis rapi negligebant, dicendo se propter eas animam ponere, ne oves perirent. Nam cum Judei ipsum interimere vellent, non propterea destitit a doctrina, neque credentes tradidit, sed persistit, et pertulit mortem: ideo frequenter inquit: Ego sum pastor hominum. Quæ cum nullo niti stimonio viderentur (quod enim póneret animam suam, non multo post re monstratum est: quod autem vitam haberent, et abundantius haberent, eventurum erat in futuro sæculo) alterum ab altero confirmat.

Te Deum laudamus. 47.

In Laudibus sunt commemorationes de quatuor Octavis, ut supra. 244.

Si Festum S. Thomæ non venerit in Dñica, Officium Dñicæ fit die immediate sequenti Festum

ipsius, nisi fuerit Sabbatum, quia tunc de Dñica fit tantum commemor. in die S. Silvestri, et in Sabbato fit Officium de Octava Nativitatis, ut inferius ponitur. 235.

**DOMINICA**

Infra Octav. Nativitatis. In ij. Vesp. S. Thomæ, quando non venerit in Dominica, Añæ et Psalmi de Nativ. 225.

**Capitulum. Galat. 4.**

**F**ratres, Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad presinitum tempus a patre.

Hymnus. Jesu Redemptor, et 243.

¶ Verbum caro factum est, alleluia. ¶ Et habitavit in nobis, alleluia.

Ad Magnificat, Añæ. Dum médium siléntium \* tenerent omnia, et nox in suo cursu médium iter perageret, omnipotens sermo tuus, Dómine, a regalibus sedibus venit, alleluia.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum vivit.

Deinde fit commemorat. S. Thomæ, Añæ. Qui vult

venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. ¶ Justus ut palma florebit. ¶ Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio: Deus pro cuius. 245.

Postea sunt Commemorationes de quatuor Octavis, ut supra. 244.

Ad Matutinum, Invit.

**C**hristus natus est nobis: \* Venite adorémus. Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus. Jesu Redemptor, ut supra. 245.

**In primo Nocturno.**

Añæ. Dóminus \* dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Psalm. Quare fremuerunt Gentes. 3.

Añæ. Tamquam sponsus Dóminus \* procedens de thalamo suo.

Psalm. Cæli enarrant glóriam Dei. 48.

Añæ. Diffusa est \* grátia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Psalm. Eructavit cor meum verbum bonum. 69.

¶ Tamquam sponsus Dóminus procedens de thalamo suo.

Hæc nocte ponitur Epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos, et de ea, et aliis ejus Epistolis legitur usque ad Septuagesimam.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola B. Pauli  
Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 1.

**P**AULUS servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui predestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri: per quem accepimus gratiam, et Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi: omnibus qui sunt Romae, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

¶ Hodie nobis de caelo pax vera descendit: \* Hodie per totum mundum melliflui facti sunt caeli. ¶ Hodie illixit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeternae. Hodie per totum.

Lectio ij.

**P**rimo quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Testis enim

mihī est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam, quae invicem est, fidem vestram, atque meam.

¶ Quem vidistis pastores? dicite, annuntiate nobis, in terris quis apparuit? \* Natum vidimus, et choros Angelorum colaudantes Dominum. ¶ Dicite, quidnam vidistis? et annuntiate Christi nativitatem. Natum.

Lectio iij.

**N**olo autem vos ignorare, fratres, quia saepe proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in ceteris Gentibus, Graecis, ac Barbaris, sapientibus, et insipientibus debitor sum: ita (quod in me) promptum est et vobis, qui Romae estis, evangelizare. Non enim erubescō Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judaeo primum, et

Graeco. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit.

¶ O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, jacentem in praesepio: \* Beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum. ¶ Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Beata. Gloria Patri. Beata.

In secundo Nocturno.

**A**ñ. Suscepimus Deus \* misericordiam tuam in medio templi tui.

**Psalmus.** Magnus Dominus, et laudabilis nimis. 70.

**A**ñ. Orietur \* in diebus Domini abundantia pacis, et dominabitur.

**Psalmus.** Deus judicium tuum regi da. 90.

**A**ñ. Veritas \* de terra orta est, et justitia de caelo prospexit.

**Psalm.** Benedixisti Domine terram tuam. 105.

¶ Speciosus forma praefiliis hominum. ¶ Diffusa est gratia in labiis tuis.

Sermo S. Leonis Papa.

Lectio iv.

Serm. 9. de Nativ. Dom.

**E**xcedit quidem, dilectissimi, multumque supereminet humani eloquii facultatem divini operis magnitudo: et inde oritur difficultas fandi, unde adest ratio non tacendi. Quia in Christo Jesu Filio Dei non solum ad divinam essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod dictum est per Prophetam: Generationem ejus quis enarrabit? Utramque enim substantiam in unam convenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat. Et ideo nunquam materia deficit laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris.

¶ Beata Dei Genitrix Maria, cujus viscera intacta permanent. \* Hodie genuit Salvatorem saeculi. ¶ Beata, quae credidit: quoniam perfecta sunt omnia, quae dicta sunt ei a Domino. Hodie.

Lectio v.

**G**AUDEAMUS igitur quod ad eloquendum tantae misericordiae sacramentum impares sumus: et cum salutis nostrae altitudinem promere non valeamus, sentiamus vobiscum bonum esse, quod vincimur. Nemo enim ad cognitionem veritatis magis propinquat, quam qui

intelligit, in rebus divinis, etiam si multum proficiat, semper sibi superesse quod querat. Nam qui se ad id, in quod tendit, pervenisse præsumit, non quæsitã reperit, sed in inquisitione deficit.

**A.** Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferaui, nescio: \* Quia quem celi capere non poterant, tuo gremio contulisti. **B.** Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Quia.

**Lectio vi.**

**N**E autem infirmitatis nostræ perturbemur angustiis, evangelicæ nos et propheticæ adjuvant voces: quibus ita accendimur, et doceamur, ut nos nativitate Domini, qua Verbum caro factum est, non tam præteritam recollere, quam præsentem videamur inspicere. Quod enim pastoribus pro gregum suorum custodia vigilantibus nuntiavit Angelus, etiam nostrum implevit auditum: et ideo Dominicis omnibus præsumus, quia verba divinitus edita cordis aure servamus: tanquam et in hodierna festività dicatur: Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

**A.** Beata viscera Mariæ virginis, qua portaverunt æterni Patris Filium: et beata viscera, qua lateverunt Christum Dominum: \* Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. **V.** Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, et adorare Dominum. Qui. **Gloria Patri. Qui.**

**In tertio Nocturno.**

**A.** Ipse invocabit me, \* alleluia: Pater meus es tu, alleluia.

**Psalmus.** Misericordias Domini \* in æternum cantabo. 107.

**A.** Latentur celi, \* et exultet terra ante faciem Domini, quoniam venit.

**Psal.** Cantate Domino canticum novum: \* cantate. 110.

**A.** Notum fecit Dominus, \* alleluia, salutarem suum, alleluia.

**Psalm.** Cantate Domino canticum novum: \* quia mirabilia. 115.

**V.** Ipse invocabit me, alleluia. **A.** Pater meus es tu, alleluia.

**Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.**

**Lectio vii. Cap. 2. c.**

**I**n illo tempore: Erat Ioseph, et Maria mater Jesu, mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et reliqua.

Homilia sancti Ambræsii Episcopi.

**Lib. 2. in cap. 2. Lucæ.**

**V**IDES ubi erem in omnes gratiam, Domini generatione diffusam, et prophetiam incredulis negatam esse, non justis. Ecce et Simeon prophetæ, in ruinam et resurrectionem plurimorum venisse Dominum Jesum Christum, ut justorum iniquorumque merita discernat: et pro nostrorum qualitate factorum, iudex verus et justus aut supplicia decernat, aut præmia.

**V.** Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: \* Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. **V.** Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Et.

**Lectio viii.**

**E**t tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nec littera, nec historia docet, ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transverberatur. Et ideo prudentiam Mariæ haudignaram mysterii celestis ostendit. Vivum enim verbum Dei et validum, et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ et spiritus, artuum quoque et medullarum, cogitatio-

nes cordis, et secreta scrutatur animorum: quia nuda et aperta sunt omnia Dei Filio, quem conscientia secreta non fallunt.

**V.** O Regem celi, cui talia famulantur obsœquia! stâbulu pönitur, qui cõntinet mundum: \* Jacet in præsepio, et in caelis regnat. **V.** Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Jacet. **Gloria Patri. Jacet.**

**Lectio ix.**

**P**ROPHETAVIT itaque Simeon, prophetaverat virgo, prophetaverat copulata conjugio; propheta debuit etiam vidua, ne qua aut professio desisset, aut sexus. Et ideo Anna et stipendiis viduitatis, et moribus talis inducitur; ut digna plane fuisse credatur, quæ Redemptorem omnium venisse nuntiaret. Cujus merita cum alibi descripsimus, cum viduas hortamur, hoc loco, quoniam ad alia properamus, non putamus iteranda. **Te Deum. 47.**

**AD LAUDES,**

**et per Horas. Ana.**

**Q**uem vidistis \* pastores? dicite, annuntiate nobis, in terris quum apparuit? Natum vidimus, et choros Angelorum colaudantes Dominum, alleluia, alleluia. **Ps.** Dominus regnavit, **omn reliq. 48.**

2. Génuit puérpera \* Regem, cui nomen æternum, et gaudia matris habens cum virginitatis honore: nec primam similem visa est, nec habere sequentem, allelúia.

3. Angelus ad pastores \* ait: Annuntiatio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator mundi, allelúia.

4. Facta est \* cum Angelo multitudo cœlestis exercitus laudantium Deum, et dicentium: Glória in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, allelúia.

5. Párvulus filius \* hodie natus est nobis, et vocabitur Deus, Fortis, allelúia, allelúia.

*Capitulum Galat. 4.*

**F**RATRES. Quanto tempore heres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad præsentem tempus a patre.

*Hymnus. A solis ortus cærdine. 222.*

7. Verbum caro factum est, allelúia. *Et habitavit in nobis, allelúia.*

*Ad Benedictus. Aria.*

Dum médium siléntium \* teneret omnia, et nox in suo cursu médium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit, allelúia.

*Oratio.*

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum vivit et regnat.

*Et fit commemo. de Oct. Nativitatis, et alius Octavis, ut supra. 244.*

*Ad Primam, ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ.*

*Ad Tertiam, Aña. Génuit puérpera.*

*Capitul. Fratres. Quanto tempore, ut supra.*

*Et. br. Verbum caro factum est, \* Allelúia, allelúia. Verbum. 7. Et habitavit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum. 8. Ipse invocabit me, allelúia. 9. Pater meus est tu, allelúia.*

*Ad Sextam, Aña.*

*Angelus ad pastores.*

*Capitulum Galat. 4.*

**A**T ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus.

*Et. br. Notum fecit Dominus, \* Allelúia, allelúia. Notum. 7. Salutare suum, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum. 7. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia. 8. Salutare Dei nostri, allelúia.*

*Ad Nonam, Aña.*

*Párvulus filius.*

*Capitulum Galat. 4.*

**I**Taque jam non est servus, sed filius. Quod si filius: et heres per Deum.

*Et. br. Vidérunt omnes fines terræ, \* Allelúia, allelúia. Vidérunt. 7. Salutare Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt. 7. Verbum caro factum est, allelúia. 8. Et habitavit in nobis, allelúia.*

*In secundis Vesp. Aña. Psalmi, Capitulum, et Hymnus, ut in primis Vesperis. 249.*

7. Verbum caro factum est, allelúia. *Et habitavit in nobis, allelúia.*

*Ad Magnificat. Aña.*

Puer Jesus \* proficiébat ætate et sapientia coram Deo et hominibus.

*Si dies post Festum sancti Thomæ fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis hoc modo: In ij. Vesperis S. Thomæ omnia dicuntur sicut in ij. Vesperis diei Nativitatis. 225. (sed non duplicantur Aña) et post Orationem Nativitatis fit commemor. S. Thomæ. 249. Deinde S. Stephani, et aliarum Octavarum, ut supra. 244.*

*Ad Matutinum omnia dicuntur sicut in Dñica infra Oct. Nativitatis. 249. præter Lect. tertii Noct. que dicuntur ut infra.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 2. b*

**I**n illo tempore: Pastores Hoquebantur ad Invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus osténdit nobis. Et venérunt festinantes. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii

Episcopi.

*Lib. 2. in cap. 2. Lucæ, circa mediam.*

**V**IDES festinare pastores.

Nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores Angelo credidisse: et tu Patri, Filio, Spiritui sancto, Angelis, Prophétis, et Apóstolis credere non vis? Vide, quam signanter Scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, Verbum videre. Etenim cum caro Domini videtur, Verbum videtur, quod est Filius.

*Et. Verbum caro. 235.*

*Lectio viij.*

**N**on mediocriter fidei tibi hoc videatur exemplum, quod vilis sit persóna pastorum. Certe quo vilior ad prudéntiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit, quæ phalerare audita, et lucrare nesciret. Simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur.

R. O Regem cœli. 235.

Lectio ix.

**N**ec contemnenda putes quasi vilia verba pastorum. A pastoribus enim Maria fidem colligit. A pastoribus populus ad Dei reverentiam congregatur. Mirati etiam sunt omnes qui audierunt, de iis quae dicebantur a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Discamus sanctae Virginis in omnibus castitatem, quae non minus ore pudica, quam corpore, argumenta fidei conferbat in corde.

Te Deum laudamus. 17.

Ad Laudes omnia dicuntur sicut in Nativitate. 221. Et post Orationem fit commem. de S. Stephano, et reliquis Octavis, ut supra. 244.

Ad Horas omnia dicuntur sicut in Nativitate Domini. 225.

Ad Vesperas, Antiphona et Psalmi de Nativitate. 225. et Antiphona duplicantur. Capitulum, et reliqua de S. Silvestro.

Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, agitur de festo cum comm. Dominicae in j. Vesp. et Laud ante commemorat. omnium Octavarum, et ix. Lectio erit de Homilia Dominicae. 235.

IN FESTO  
S. Silvestri Papa et  
Confessoris.  
Duplex.

A Capitulo omnia de  
Communione Conf. Post. li.  
Oratio.

**D**a, quæsumus omnipotens Deus: ut beati Silvestri, Confessoris tui atque Pontificis, veneranda sollemnitas, et devotio-nem nobis augeat, et salutem. Per Dominum.

Et fit commemorat. de Octavis. 244.

In primo Nocturno, De Epistola ad Romanos.

Lectio j. Cap. 2.

**P**ropterea quod inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agris quas iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An divitias bonitatis ejus, et patientiae, et longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?

Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fusti fidelis, supra multa te constituam: Intra in gaudium Domini tui. Domine, quinque talenta

tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra.

Lectio ij.

**S**ecundum autem duritiam tuam, et impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quarunt, vitam æternam: iis autem, qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: Ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo.

Lectio iij.

**T**ribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, et Græci gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco: non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: et quicumque in lege pecca-

verunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

R. Juravit Dominus, et non penitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Tu es. Gloria Patri. Tu es.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**S**ilvester Romanus, patre Rufino, a prima ætate operam dedit Cyrino presbytero: cujus doctrinam et mores egregie imitatus, trigésimum annum agens, Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ a Marcellino Pontifice creatur. Quo in munere cum omni laude clericis aliis antecelleret, in Melchisedis postea locum successit, Imperatore Constantino. Cui Imperatori, cum lepra curanda causa, sibi ex infantium sanguine, medicorum consilio, balneum parari jussisset, sancti Apostoli Petrus et Paulus in quiete apparuerunt, præcipientes ei, ut si ex lepra liberari vellet, omnia impii balnei immanitate, Silvestrum in Soracte monte latitantem accerseret: a quo salutari lavacro recreatus, in omni ditione Romani

Impérii templa christiāno more edificari imperāret, sublatisque inānium deorum simulacris, vero Deo cultum adhiberet. Constantinus igitur, cælestibus mōnitis obtemperans, Silvestrum diligentissime conquistum vocat: a quo, Apostolorum imagines recognoscens, baptismo sanatur, et ad tuendam propagandamque Christi religionem inflammatur.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. \* Nil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocabit ei. Manus.

**Lectio v.**

**I**TAQUE auctore Silvestro multas Basilicas edificavit, quas sacris imaginibus, donisque ac muneribus magnificentissimis exornavit: facultate etiam data Christianis, quod antea negatum erat, publice templa extruendi. Hoc Pontifice habita sunt duo Conclia; Nicænū, ubi præsentibus ejus Legatis, præsentemque Constantino, et trecentis decem et octo Episcopis, sancta et catholica fides explicata est. Arto, ejusdem sectatoribus condemnatis; quam etiam Synodum confirmavit, petentibus Conclii Patribus universis: et Romanum, in quo

interfuere ducēti octoginta quatuor Episcopi, ubi iterum Arius condemnatus est.

¶ Pōsum adjutōrium super potētem, et exaltavi elictum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. \* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

**Lectio vi.**

**M**ULTA item decreta fecit Ecclesiæ Dei utilia: in his, ut a solo Episcopo Chrisma conficeretur: Ut presbyter chrismate baptizati summum liniret verticem: Ut Diaconi dalmaticis in Ecclesiâ, et palla linostima ad lavam uterentur: Ut in lineo tantum velo sacrificium altaris conficeretur. Præscripsit tempus omnibus, qui Ordinibus initiati essent: exercendi singulos Ordines in Ecclesiâ, antequam quisque ad altiore gradum ascenderet: Ut laicus clericus non inferret crimen: Ne clericus apud profanum iudicem causam diceret. Sâbati, et Dominicæ diei nōmine retento, reliquos hebdomadæ dies Feriârum nōmine distinctos, ut jam ante in Ecclesiâ vocari coperant, appellari voluit: quo significaretur, quotidie clericos, abjecta ceterarum rerum cura, uni Deo prorsus vacare

**IN CIRCUMCISIONE DOMINI,**

et Octava Nativitatis.

Duplex ij. Glassis.

Ad Vesperas. Añm et Capit. de Laudibus. 261.

Psalmi ut in Festis B. M. Virginis. cxxxviii.

Hymnus.

**J**esu Redemptor omnium, Quem lucis ante originem

Parem patræ gloriæ

Pater supremus edidit.

Tu lumen, et splendor

Patris,

Tu spes perennis omnium,

Intēde quas fundant preces

Tui per orbem servuli.

Memento, rerum Cōditor,

tor,

Nostri, quod olim corporeis,

Sacrata ab alvo Virginis

Nascēdo, formam sumpsit.

Testatur hoc præsens

dies

Currens per anni circum-

lum,

Quod solus e sinu Patris

Mundi salus adveneris.

Hunc astra, tellus, æquora,

Hunc omne quod celo

subest,

Salutis Auctorem novæ

Novo salutæ cantico.

Et nos, beata quos sacri

Rigavit unda sanguinis,

Natalis ob diem tui

debere. Huic cælesti prudentiâ, qua Ecclesiâam administrabat, insignis vitæ sanctitas, et benignitas in patres perpetuo respondit. Quo in genere providit, ut clericis copiosis egentes conjungeret; et sacris virginibus, quæ ad victum necessaria essent, suppeditarentur. Vixit in Pontificatu annos viginti unum, menses decem, diem unum. Sepultus est in cometerio Priscillæ, via Salaria. Fecit Ordinationes septem mense Decēmbri, quibus creavit Presbyteros quadraginta duos, Diaconos viginti quinque, Episcopos per diversa loca sexagintaquinque.

¶ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. \* Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestiâ regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

**In tertio Nocturno Homilia in Evangelium, Sicut lumbi vestri præcincti, ut in Communi Confess. non Pont. lxxviii. cum RR. de Communi Confessoris Pontificis. lx.**

**Et in fine Laudum, in commem. de Octavis, ut supra. 241.**

Hymni tributum solvimus.

Jesu, tibi illi gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spiritu,  
In sempiterna secula,  
Amen.

Verbum caro factum est, alleluia. *Psalm.* Et habitavit in nobis, alleluia.

*Ad Magnificat. Ant.*  
Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, alleluia.

**Oratio.**

Deus, qui salutis aeternae, beatae Mariae virginitate fecunda, humani generi praemia praestitisti: tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et nulla fit commemoratio.

*Ad Matutinum. Invitatio.*  
Christus natus est nobis:  
Venite adoremus. *Psalm.*  
Venite exultemus. 2.

*Hymnus. Jesu Redemptor, ut 239.*

*In primo Nocturno.*  
*Ant.* Dominus dixit \* ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

*Psalm.* Quare fremuerunt Gentes. 5.

*Ant.* In sole posuit \* tabernaculum suum: et

ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

*Psalm.* Caeli enarrant gloriam Dei. 15.

*Ant.* Elevamini \* portas aeternales, et introibit Rex gloriae.

*Psalm.* Domini est terra. 51.

Tamquam sponsus, Dominus procedens de thalamo suo.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

*Lectio j. Cap. 3. et 4.*

Quo ergo amplius Judaeo est? aut qua utilitas circumcisionis?

Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuat? Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis: et vincas eum judicaris. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui inferat iram? (secundum hominem dico.) Absit. Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ecce de quo dicebam vobis: Qui post me venit, ante me factus est: Cuius non sum dignus cor-

rigiam calcamenti solve. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est. Cujus.

**Lectio ij.**

N Judaeorum Deus tantum? nonne et Gentium? Immo et Gentium. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et praepitium per fidem. Legem ergo destrumus per fidem? Absit: sed legem statuimus. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo: et reputatum est illi ad justitiam. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, benedictus qui venit in credenti autem in eum, nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiae Dei. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.

Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentibus, et adorare Dominum: Quia hodie descendit lux magna in terris. Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et letemur in ea. Quia.

**Lectio iij.**

Beatitudo ergo haec in circumcisione tantum manet, an etiam in praepitio? Dicimus enim quia reputata est Abrahae fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in praepitio? Non in circumcisione, sed in praepitio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiae fidei, quae est in praepitio: ut sit pater omnium credentium per praepitium, ut reputetur et illis ad justitiam: et sit pater circumcisionis, non iis tantum qui sunt ex circumcisione, sed et iis qui sectantur vestigia fidei, quae est in praepitio patris nostri Abraham. benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis, Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et letemur in ea. Alleluia. Gloria Patri. Alleluia.

**In secundo Nocturno.**

*Ant.* Speciosus \* forma praefilius hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.

*Psalm.* Fructavit cor meum verbum bonum. 69.

**Añā.** Homo natus \* est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

**Psalm.** Fundamenta ejus in montibus sanctis. 106.

**Añā.** Exultabunt omnia ligna \* silvarum ante faciem Dómini, quoniam venit.

**Psalm.** Cantate Dómino canticum novum : \* cante. 110.

**Speciosus** forma præ filiis hominum. **g.** Diffusa est gratia in labiis tuis. Sermo S. Leonis Papæ.

**Lectio iv.**

**Serm. 7. de Nativitate Domini.**

**F**ESTIVITATIS hodiernæ, dilectissimi, verus venerator est, et pius cultor, qui nec de incarnatione Dómini aliquid falsum, nec de Deitate aliquid sentit indignum. Paris enim periculi malum est, si illi aut naturæ nostræ veritas, aut paternæ gloriæ negatur æqualitas. Cum ergo ad intelligendum sacramentum nativitatis Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus, abigatur procul terrenarum caligo rationum; et ab illuminata fidei oculo mundana sapientia fumus abscedat.

**g.** Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dóminum : \* Quia cum essem pærvula, placui Altissimo, et de meis vi-

sceribus genui Deum et hominem. **g.** Beatam me dicunt omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Quia.

**Lectio v.**

**D**IVINA est enim auctóritas, cui credimus; divina est doctrina quam sequimur. Quoniam sive legis testificationi, sive oraculis Prophetarum, sive evangélica tubæ interiorém admoveamus auditum; verum est, quod Joannes plenus Spiritu sancto intónuit: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Et similiter verum est, quod idem prædicator adjecit: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre.

**g.** Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria Angelo nuntiante concepit: tunc speciosum forma præ filiis hominum castis suscepit visceribus : \* Et benedicta in æternum, Deum nobis prótulit et hominem. **g.** Domus pudici pectoris, templum repente fit Dei, intacta nésciens virum, verbo concepit Filium. Et.

**Lectio vi.**

**I**n utraqúe ergo natura idem est Dei Filius, nostra suscipiens, et propria non amittens: in homine hominem renovans, in se incommutabilis perseverans. Deitas enim, qua illi eum Patre communis est, nullum detrimentum omnipotentie subit, nec Dei formam servi forma violavit: quia summa et sempiterna essentia, quæ se ad humani generis inclinavit salutem, nos quidem in suam glóriam transtulit, sed quod erat, esse non destitit. Unde cum Unigenitus Dei minorem se Patre confitetur, cui se dicit æqualem: veritatem in se formæ utriusque demonstrat: ut et humanam probet imparitatem, et divinam declaret æqualitatem.

**g.** Benedicta et venerabilis es, virgo María, qua sine tactu pudoris inventa es mater Salvatoris : \* Jacébat in præsepío, et fulgébat in cælo. **g.** Dómine audivi auditum tuum, et timui : consideravi ópera tua, et expavi : in médio duorum animantium. Jacébat. Glória Patri. Jacébat.

**In tertio Nocturno.**

**Añā.** In principio, \* et ante sæcula Deus erat Verbum, et ipse natus est hodie Salvator mundi.

**Psalmus.** Dóminus regnavit, exultet terra. 111.

**Añā.** Ante luciferum genitus, \* et ante sæcula, Dóminus Salvator noster hodie nasci dignatus est. **Psalmus.** Cantate Dómino canticum novum. 115.

**Añā.** Nato Dómino \* Angelorum chorus canébat, dicens: Salus Deo nostro, sedenti super thronum, et Agno.

**Psalmus.** Dóminus regnavit, irascantur populi. 115.

**g.** Notum fecit Dóminus, alleluia. **A.** Salutare suum, alleluia.

**Lectio** sancti Evangelii secundum Lucam.

**Lectio vij. Cap. 2. c.**

**I**n illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

**Lib. 2. in cap. 2. Lucæ, circa medium.**

**C**IRCUMCISURA itaque puer. Quis est iste puer, nisi ille, de quo dictum est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Factus est enim sub lege, ut eos, qui sub lege essent, lucrificeret. Ut sisterent cum Dómino. Quid sit autem in Jerusalem sisti Dómino, dicere, nisi in Isaia com-

mentis ante dixissem. Circumcisus enim vitiiis, Dominico dignus iudicatur obtutu: quia oculi Domini super justos. Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum futuri: nam et circumcisio purgationem significat delictorum.

¶ Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio: Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. ¶ Benedicita tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Quia, **Benedictio**. Divinum auxilium.

#### Lectio viij.

**S**ed quoniam prona quadam cupiditate peccandi, humanae carnis et mentis fragilitas inextricabilibus vitiiis implicatur, eo per octavam circumcisionis diem culpae totius futura purgatio, resurrectionis praefigurabatur aetate. Hoc est enim illud: Quia omne masculinum adaperiens vulvum, sanctum Domino vocabitur. Verbis enim legis promittebatur Virginitatis. Et vere sanctus, quia immaculatus. Denique ipsum esse, qui lege signetur, in eundem modum ab Angelo repetita verba declarant: Quod nascetur, inquit, Sanctum, vocabitur Filius Dei.

¶ Nesciens mater virgo virum peperit sine dolore. ¶ Salvatorem saeculorum, ipsum Regem Angelorum, sola Virgo lactabat ubere de caelo pleno. ¶ Domus pudici pectoris templum repente fit Dei: intacta nesciens virum, verbo concepit Filium, Salvatorem, gloria Patri, Salvatorem.

#### Lectio ix.

**S**olus enim per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Jesus, qui terranae contagia corruptela, immaculati partus novitate non senserit, et caelesti maiestate depulserit. Nam si litteram sequamur: quomodo sanctus omnis masculus, cum multis sceleratissimos fuisse non lateat? Numquid sanctus Achab? Numquid sancti pseudo-prophetae, quos ad Eliae preces ultor caelestis iustitiae ignis absorpsit? Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterii pia legis divinae praerogativa signabant: eo quod solus sancta Ecclesia virginitatis ad generandos populos Dei, immaculatae fecunditatis aperiret genitalia secretum.

Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES.

et per Horas. Ant.

¶ O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum

corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

¶ **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliquis. 48. ¶ Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletae sunt Scripturae: sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster.

¶ Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis.

¶ Germinavit radix Jesse: orta est stella ex Jacob: Virgo peperit Salvatorem: te laudamus Deus noster.

¶ Ecce Maria genuit nobis Salvatorem; quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

¶ **Capitulum.** Tit. 2. c.

**A**partit gratia Dei Salvatore nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et saecularia desideria, sobrie, et iuste, et pie vivamus in hoc saeculo.

**Hymnus.**

¶ solis ortus cardine Ad usque terrae limitem,

PARS HIEMALIS.

Christum canamus Principem,

¶ Natum Maria virgine, Beatum auctor saeculi Servile corpus induit: Ut carne carnis liberans, Ne perderet quos condidit.

¶ Casta Parentis viscera Coelestis intrat gratia: Venter Puella bajulat Secreta, quae non nove-

rat. ¶ Domus pudici pectoris Templum repente fit Dei Intacta nesciens virum

¶ Concepit alvo Filium. ¶ Nititur puerpera,

¶ Quem Gabriel praedixerat, Quem ventre Matris gestiens,

¶ Baptista clausum senserat. ¶ Veno jacere pertulit: Praesepe non abhorruit:

¶ Et lacte modico pastus est,

¶ Per quem nec ales esurit.

¶ Gaudet chorus caelestium,

¶ Et Angeli caunt Deo: Palamque fit pastoribus

¶ Pastor, Creator omnium. ¶ Jesu, tibi sit gloria,

¶ Qui natus es de Virgine,

¶ Cum Patre, et almo Spiritu, In sempiterna saecula.

¶ Amen. ¶ Verbum caro factum est, alleluia. ¶ Et habitavit in nobis, alleluia.

**Ad Benedictus, Añā.** Mirabile mysterium declaratur hodie: innovantur naturæ, Deus homo factus est: id quod fuit, permansit, et quod non erat, assumpsit; non commixtionem passus, neque divisionem.

**Oratio.**

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

**Ad Tertiam, Añā.** Quando natus es.

**Capitulum.** Apparuit, ut supra, 265.

**¶. br.** Verbum caro factum est, \* Allelûa, allelûa. Verbum. ¶. Et habitavit in nobis. Allelûa, allelûa. Glória Patri. Verbum. ¶. Ipse invocabit me allelûa. ¶. Pater meus est tu, allelûa.

**Ad Sextam, Añā.**

Rubrum quem viderat Moyses.

**Capitulum.** Hebr. 1. c

**E**t: Tu in principio Domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt caeli.

**¶. br.** Notum fecit Dominus, \* Allelûa, allelûa. Notum. ¶. Salutare suum.

Allelûa, allelûa. Glória Patri. Notum. ¶. Viderunt omnes fines terræ, allelûa. ¶. Salutare Dei nostri, allelûa.

**Ad Nonam, Añā.**

Ecce Maria.

**Capitulum.** Hebr. 1. d. Præst peribunt, tu autem permanebis; et omnes sicut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

**¶. br.** Viderunt omnes fines terræ, \* Allelûa, allelûa. Viderunt. ¶. Salutare Dei nostri. Allelûa, allelûa. Glória Patri. Viderunt. ¶. Verbum caro factum est, allelûa. ¶. Et habitavit in nobis, allelûa.

**Ad Vesperas, omnia ut in j. Vesp. 259. præter ¶. Notum fecit Dominus, alle. ¶. Salutare sum, allelûa.**

**Ad Magnificat, Añā.**

Magnum hereditatis mysterium: templum Dei factus est uterus nescientis virum: non est pollutus ex ea carnem assumpsit: omnes Gentes venient, dicentes: Glória tibi Domine.

**Deinde pro S. Stephano.**

**Añā.** Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat signa magna in populo. ¶. Stephanus vidit caelos apertos.

¶. Vidit et introivit: beatus homo, cui caeli patebant.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui primitias martyrum in beati Levitæ Stephani sanguine dedicasti: tribue quaesumus; ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

**De aliis Octavis in his Vesperis nihil fit.**

**IN OCTAVA**

**S. Stephani.**

**Duplex.**

**Ad Matutinum, Invitat.** Christum natum, qui beatum hodie coronavit Stephanum, \* Venite adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 2.

**Hymnus, Añā, Psalmi et ¶. Nocturnorum de Comm. unius Mart. xxij.**

**In primo Nocturno.** De Actibus Apostolorum.

**Lectio j. Cap. 7. f. et 8.**

**D**ura cervice, et incircumcisus cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita et vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu Justi, cuius vos nunc proditores et homicidæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione Angelorum, et non custo-

distis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, et stridabant dentibus in eum.

¶. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, \* Faciebat prodigia et signa magna in populo. ¶. Surrexerunt quidam de synagoga disputantes cum Stephano, et non poterant resistere sapientia et spiritui qui loquebatur. Faciebat.

**Lectio ij.**

**C**um autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in caelum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait: Ecce video caelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimitèr in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant: et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem, et dicentem: Domine Jesu suscipe spiritum meum.

¶. Vidébant omnes Stephanum, qui erant in concilio: \* Et intuebantur vultum ejus tamquam vultum Angeli stantis inter illos. ¶. Plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Et intuebantur.

**Lectio II.**

**P**osiris autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quae erat Ierosolymis; et omnes dispersi sunt per regiones Iudaeae et Samariae, praeter Apostolos. Curaverunt autem Stephanus viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.

**I**ntuens in caelum beatus Stephanus, vidit gloriam Dei, et ait: \* Ecce video caelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. \* Cum autem esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in caelum vidit gloriam Dei, et ait. Ecce gloria Patri. Ecce.

**In secundo Nocturno.**

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

**Lectio IV.**

Serm. 2. de sancto  
Stephano.

**P**ost hesternum festivissimum diem, quo Salvatoris nostri Christi nobis nativitas illuxit, etiam hodiernus dies beati martyris Stephani corona illustratur. Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est

in ipso principio Ecclesiae, id est, in ipsa urbe Ierosolyma. Ibi enim Diaconus ministravit: et in ipso iuventutis flore decorem aetatis suae sanguine purpuravit. Passio eius insignis est, multumque mirabilis. Hanc modo de libro Actuum Apostolorum cum legeretur, non solum audivimus, sed etiam oculis spectavimus.

**¶** Lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: \* Domine Jesu Christe, accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc peccatum. \* Positis autem genibus clamavit voce magna, dicens. Domine.

**Lectio V.**

**C**hristus ergo caput Martyrum prior passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius. Cuius passionis vestigia prosecutus beatissimus Stephanus, confitendo Christum lapidatus a Iudaeis, coronam meruit tamquam suo sibi nomine positam. Stephanus enim Graece, Latine corona appellatur. Jam corona nomen habebat, et ideo palmam martyrii suo nomine praeferebat.

**¶** Impetum fecerunt unanimiter in eum, et eiecerunt eum extra civitatem, invocantem et dicentem: \* Domine Jesu, accipe spiritum meum. \* Et

testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus: et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem. Domine.

**Lectio VI.**

**Q**ui cum lapidaretur, non solum non expectabat de persecutoribus reportare vindictam, sed eis plius a Deo veniam postulabat. Meminerat enim dixisse Dominum: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Et iterum: Ne dixeris, Uleiscar me de inimicis meis: sed expecta Dominum, ut tibi auxilium sit. Expectare nos jubet Dominus Deus, ut in die futurae retributionis cum sanctis Martyribus vindicemur.

**¶** Impii super justum iacturam fecerunt, ut eum morti traderent: \* At ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriae. \* Contingit igitur saxorum crepitanum turbine quateretur, inter aethereos aulae celestis sinus divina ei claritas fulsit. Beatus.

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthaeum.

**Lectio VII. Cap. 25. d.**

**I**n illo tempore: Dicebat Jesus Scribis et Phariseis: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, et sapientes, et Scribas: et ex illis occiditis, et crucifigitis. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi  
Presbyteri.

**L. 4. Com. in c. 25. Matth.**

**J**ERUSALEM, Jerusalem, quae occidis Prophetas, Jerusalem, non saxa et aedificia civitatis, sed habitatores vocat: quam plangit patris affectu, sicut et in alio loco legitur, quod videns eam, fleverit. In eo autem quod dicit: Quoties volui congregare filios tuos: omnes retro Prophetas a se missos esse testatur. Callina quoque similitudinem congregantis sub alas pullos suos, in cantico Deuteronomii legitur: Sicut aquila protegit nidum suum, et super pullos suos desideravit: expandens alas suas, suscepit eos, et tulit super pennas suas.

**¶** Stephanus servus Dei, quem lapidabant Iudaei, vidit caelos apertos: vidit et introivit: \* Beatus homo, cui caeli patebant. \* Cum igitur saxorum crepitanum turbine quateretur, inter aethereos aulae celestis sinus divina ei claritas fulsit. Beatus.

**Lectio VIII.**

**E**cce relinquetur vobis domus vestra deserta. Hoc ipsum ex persona Jeremiae jam ante dixerat: Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: facta est sibi hereditas mea quasi spelunca hyemae. Desertam Iudaeorum